

(2)

ORATIONES  
CORAM OVETENSI ACADEMIAE  
SENATU HABITAE X. KALEND. MAIAS  
ANN. M. DCC. XCV.

PRO PUBLICA INAUGURATIONE

*LIC VTIAT. ET DOCT. IN SACRA THEOLOGIA*

*R. P. M. F. DIDACI CAMAN*

*RIVADENEIRA, ALIÁS CADIZ,*

*Strictissimae Capuccinorum Familiae  
Provinciae Baeticanae, Concionatoris  
Apostolici in Universâ Hispaniâ, cuius  
mirabilem doctrinam et communiter  
per illustris haec Civitas, et pre-  
cipue celebris Academia jucundé  
degustarunt.*

SUMPTIBUS EJUSDEM REGIAE UNIVERSITATIS  
TYPIS MANDATAE.

---

*OVETI : EX TYPGRAPHIA D. FRANCISCI  
DIAZ PEDREGAL.*

*ANNO M. DCC. XCVI.*

CLAIMED

SALEM JEWELL & BATES

NEW YORK CITY N.Y.

THEATRICAL PROPERTY

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

1900-1911 1900-1911

GR

DO

LO

R

On

K

D

C

G

O

D

ORATIO  
GRATULARORIA , SIMULQUE LAUDATORIA PRO  
DOCTORALI LAUREA , QUA IN SACRA THEO-  
LOGIAE FACULTATE SOLEMNITER CONDECO-  
RATUS EST Á REGIA UNIVERSITATE  
OVETENSI ADMODUM

*R. P. F. DIDACUS JOSEPHUS GADITANUS,  
Ordinis Minorum Capuccinorum Baeticae  
Provintiae alumnus , ac Missionarius  
Apostolicus , exempló recitata  
á Patrono*

*D. Doct. D. IOANNE MENDEZ Á VIGO ,  
Capitulari , atque Archidiacono de  
Gordón Sanctae Ecclesiae Cathedralis  
Ovetensis dignitate ; necnon eiusdem  
Universitatis , et facultatis ,  
Decano ,*

*Die xxii. Aprilis , Anni Dñi. MDCCXCV.*

OLYMPIA SUMMUM LAUDATORIA PRO

— QUA IN SACRA THEO—

— CONDICO—

— AEGAI UNIVERSITATE

— DOMINA

— GADIANUS

— GASSIUS

— BAPTISTAE

— CICERO

— VARIO A M. T. I.

— SUPER ARISTOTELON DE

— SILENTIO. DE CICERO

— DIALOGIS; UENON GRAMM

— DIACORES; ET PRACTICAE

— JESUO

— A. M. D. MDCXC.

**L**EVA in circuitu oculos tuos ( Perillus-  
tris Academia ,) et vide : omnes isti ornatissi-  
mi spectatores , qui huc , illucque te circinant ,  
ut primum sonitus ad aures eorum pervenit  
hunc praeclarum , veraque apostolicum virum ,  
fidelem Sacrae Scripturae interpretem , arden-  
tem verbi divini lucernam , ferventem sancti  
Evangelii praeconem , a Deo missum genti-  
bus nostris evangelizare , doctorali laurea con-  
decorandum fore , ad iucundam tantae rei  
novitatem magna cum animi voluptate , quam  
in pectore continere non possunt , ingenti  
cordis laetitia , quamque hilares vultus satis  
indicant , gaudentes , et exultantes , congrega-  
ti sunt , venerunt tibi.

Tibi , ut gratulentur , quia hodie in hoc  
clarissimo heroe natus , et datus est inclytus  
filius : tibi , iterum , quia si gloria Patris est  
fi-

filius sapiens, hic in sapientia praesignis, in virtute praeclarus, in sana doctrina conspicuus, in sacratum litterarum scientia praecellens, in caeteris animi dotibus praestantior, et quanta gloria, fama, laude, quantoque honore, dignam te efficiet?

Profecto, amplissima Universitas, ab hodierno die, in quo non sine Numinis providentia in gremio tuo laetissima excipis hunc procerum virum, capuccinæ familiae admirandum sydus, miro omnium vestrum consensu, concordi totius civitatis plausu, festivo cuncti populi gaudio; et quod mirabilius, est innocentii puerorum acclamazione, ex quo multa fausta, feliciaque ominor, omnes litterariae Academiae emulae tui erunt, uti olim Carthago aemula fuit antiquae Romae.

Et sicuti memorandum, venerandumque nomen PATRIS CADID digne resonat per omnes civitates; et populos regionis nostræ, et plus ultra, per quos transivit praedicans regnum Dei; quibusque verbo Divino illuminavit, exemplo vitae aedificavit, luce doctrinae suae noctem erroris fugavit, tenebrasque ignorantiae pepulit; sic fama tua exiet in finem

örbis terrae , et beatam te dicent , et benedicent , omnes gentes ; etenim illum , multo dignandum honore , doctorali laurea condecoras ; atque in praedilectum filium adoptas .

Et meritó quidem praedilectionis honore inter omnes filios tuos illum praefers propter eximias animi dotes , praeclaras virtutes , coelestiaque dona , quae in ipso effulgent . Sapientia enim eius omnibus nota est , tanquam de super data , ( Prov. c. 2. v. 6. ) insuper et Prudentia , quia et vitam , actionesque proprias in aedificatione regit , et dirigit ; et in publicis concionibus , testimoniiis ex scripturis sacris , traditione divina , sanctorumque Patrum doctrina , desumptis , audientium corda emollit , et movet , ut à via pessima recedant , et in semitam rectam se convertant ; simulque agnoscant , quae saluti aeternae prodesse , et obesse queunt ; in quo elucet mirifica eius scientia .

Necnon et iustitia , vi cuius semper in mente habet , quod à lege praescribitur , semperque intendit , quod ipsi consonat , tanquam qui habet legem Dei in medio cordis sui : ( Psalm. 39. v. 9. et 10. ) id circa continué

scruc-

scructans quae sit voluntas Dei , non prohibet , ut labia sua iustitiam , legem , et mandata divina haut mora annuntient . Cumque virtuti iustitiae sint adiunctae , et finitimae Religion , pietas , observantia , obedientia , veritas , gratia , seu gratitudo , amicitia , et affabilitas , ut docent Theologi , quis non expetus est omnes praedictas virtutes in hoc apostolico viro fulgere , radiosque carum emittere ? Nullus sané , nisi qui non vidit , nec audivit , nec alloquutus est illum.

Iustitiae etiam comes est fortitudo : virtus equidem valde necessaria his , qui ministerio apostolico insidunt : ideo confortatus in Dominō hic Christi fortis Athleta , et in potentia virtutis eius ( Ephaes. c. 6. v. 10. ) induit hanc virtutem , tanquam armaturam Dei , ut possit stare adversus insidias Diaboli , ( v. 11. ) Libertinorum stolida convitia , maledicentium cruentos morsus , verbum Dei blasphemantium aspidinas linguas , Philosophorum huius temporis dolosam doctrinam ; omnibus resistens , ( v. 13. ) verbo , exemplo , virtute , et sapientia sua , in tempore diffcili , et periculo , quale est praesens , ut semen verbi divini multum

tuin fructum afferat; et in omnibus perfectus, constanti, fortique animo, inter hostiles incursus immobilis haeret, ceu rupes inter aestuantes fluctus immota manet, ut aiebat Mantuanus.

*Ille, velut rupes, vastum quae prodit in aequor,  
obvia ventorum furiis, expostaque vento,  
nim cunctam, atque minas perfert coelique, marisque  
Ipsa immota manet. Virg. 10. Aeneid.*

Temperantia etiam in illo eminet, non solum quatenus ad legum divinarum, et humanarum praescriptum operationes, et appetitiones coercet; verum etiam prout iuxta divinam, et rectam rationem in usu rerum, quae dilectionem sensum pariunt, appetitum cohibet: talis in eo est parsimonia, ut corpore, inedia, cilicio, et chancunia, in servitutem spiritus redacto, quando reficiendi animus est, non prius est cupido, quam necessitas; et cibus plerumque obvius non delicias ministrat; sed mortem potius arcet; atque ita enuis, et vilos, ut vires ad suum operosum ministerium non defiant.

: De humilitate autem ejus quid dicam

vobis? Oculi vestri nuper testes fuere abiectionis , et submissionis , quibus hic magnus vir erat immersus , dum solemni pompa , iuxta memorandam consuetudinem nostrae regiae Academiae in collatione Doctoratus laudabiliter servatam , in medio vestrum Civitatem circumibat immensa turba circumdatus ad rei novitatem congregata , ut viderent hoc volupe spectaculum , veré omnibus concinnum , ipsi soli tormentum , crux, et martyrium propter laudes , quibus fora , et compita resonabant , illumque omnes gentes superexaltabant , exultantibus etiam infantibus in ulnis maternis portatis , ut saltem transiens obumbraret eos , quae quidem cunctis tenera actio in mentem spectantium iucundé revocavit , quod de Divo Petro testatur Scriptura Sacra; quo transeunte eiiciebant infirmos in platéas, ut umbra illius obumbraret quemquam illorum (Act. c. 5. v. 5.) Atque ita laudem huius clarissimi viri ex ore infantium , et lactentium perficere voluit Deus ; cuius est proprium puerorum linguas ad maiorem sui gloriam disseratas facere , sicut clamantes in templo pueri Hebraeorum testimonium perhibuerunt de Christo Domino.

Sedenim : Quid immoror humilitatem hu-  
ius praestantissimi viri commendando ? Cum  
nunc , nunc , vos omnes conspicitis caput suum  
prae magna sui laudabili confusione usque ad  
terram demissum nollens in conspectu vestri ,  
nec oculos ad coelum levare. ; Proh Deus !  
Quam verum est , quod humilia respicis ,  
( Psalm. 112. v. 6. et 137. v. 6.) et humi-  
les exaltas ( Est. c. 11. v. 11., et Luc. c. 1.  
v. 52.) uti in hoc aequé humili , ac sapiente ,  
magno Magistro , ad summum honoris cul-  
men elevato , iam iam videbimus. Quibus , et  
aliis praeclaris virtutibus , donis , et gratiis mu-  
nitus , équidem dicere quimus , quod est con-  
tra Libertinos validissimum propugnaculum ,  
adversus Cabalistas acies ordinata , in ignoran-  
tiae tenebras micantissimum iubar , adversum  
haereticorum errores fortissima incus , in de-  
fensione Sanctae Romanae Ecclesiae murus  
undequaque inexpugnabilis , Lapis lydius ve-  
ritatem ab errore discernens.

Haec , et plurima alia nobis nunciaverat  
fama , antequam ad terram nostram advenis-  
set ; ast nunc , quia vidimus , et probavimus ,  
in veritate dicere possumus , quod Regina Saba

ad Regem Salomonem, novum mirata prodigium : verus est sermo , quem audivimus, in terra nostra super sermonibus tuis , et super sapientia tua , et vidimus oculis nostris , et probavimus , quod media pars nobis nunciata non fuerit : maior est sapientia , et opera tua , quam rumor , quem audivimus. ( lib. 3. Reg. c. 10. v. 6. et 7. )

Vos omnes, nobilissimi spectatores , oculis vestris vidistis multitudinem , cui propé deerat numerus ex proceribus , sapientibus , divitibus , pauperibus , ruricolis , atque ex omnibus gentibus , e vicis , oppidisque remotioribus sancta aemulatione properantibus , ut illum audirent viderent , et fimbriam vestimenti tangerent ; exemplo praecuntibus magna cum totius populi aedificatione , imprimis nostro illustrissimo Praesule , qui quotidie vesperé , et mané primus erat in accessu ut illum exaudiret , et ultimus in recessu ; ad eiusque exemplar doctissimis Patribus trium huius civitatis Communatum Benedictinae , Dominicae et Seraphicae , aliisque exteris religiosissimis Magistris , fama tanti viri alectis.

Vos omnes auribus vestris audistis colloquia

igni-

ignita cum Christo crucifixo ē sugestu habita,  
ardenti charitatē in meditatione succensa , di-  
vinoque amore in oratione inflamata. Vos om-  
nes intuiti , et fortē experti estis lachrymarum  
rivulos per genas audientium currentes , vul-  
tum , et ora cuncorum rigantes , quae cum  
nivibus Austro solutis comparare queunt , ut  
Naso canebat.

*Exemplaque nivis , quam mollit aquatus Auster.  
Gutta per altonitas ibat oborta genas.*

(Ovid. 2. de Pont.)

Quod nullus mirari debet , cum pectora,  
licet saxeа emolliret vox illa sonora , et blan-  
da dulcedinem , et suavitatem redolens , et  
spirans ; proindeque in tabulis cordis Austurum  
perpetuō inscripta , intimis suis visceribus aeter-  
num usque infixa , auribusque eorum assiduē  
resonans , et praedicans .

¶ Omnia haec nonnē sunt argumenta illius  
supernae gratiae per Spiritum Sanctum diffu-  
sae in cordibus iustorum , q̄ia fantur Dei mag-  
nalia , et verbo doctrinae suae ignem mittunt  
in terram , et accendunt pectora frigida , et  
tepidā ? ¶ Num ignea illa colloquia , motiones-  
que

que in cordibus audientium excitatae manifestam faciunt fervidam charitatem erga Deum, et proximum, per quam anima, unde emanant, manet inflamata? Annum omnia praedicta parefaciunt charismata, dona, et gratias, desuper datas, quibus hic apostolicus vir praeventus est, ut ministerium suum dignè adimpleret?

: Quis hoc in dubium revocabit? Apprimé si attenté expendatur, quod coelesti solicitude, aestuanteque cura se praeparaverit, ut praedictis donis, et gratiis dignus effici mereatur. Arrepto enim vitae saevisioris instituto in ordine Capuccinorum rigidioris austeritatis, strictiorisque observantiae, antequam apostolicum ministerium exercere decreverit, totum se Domino tradidit, et alta mente Dei legem noctes, diesque revolvens omni corde suo praesentire optabat, et enixé exorabat, quid de eo vellet Dominus facere: et superna luce illustratus, praesciens, divinitus vocari ad vitia peccatorum extirpanda, errantes in rectam semitam revocandos, multa, gravia, longaque taedia laborum pro salute animarum perficenda, charitate divina fragrans, amoreque

Dei

Dei , et proximi aestuans , ab ineunte ingressu in laudatum ordinem , exultavit ut gigas ad currendam viam aevangelicae praedicationis ; et saeva frigora patiens , gravibus non cedens nimbis , duros labores subiens , nulli constanter indulgens , noctes insopitus ante Christum Crucifixum transiens , se in hostiam pro peccatis offerens , salute fracta , infirmitatibus circumdatus , torus insudat in animabus Christo lucrandis , á caenoque peccatorum abstergendis absque ulla requie , nulla interiecta mora , non cessans die , ac nocte , ut Apostoli verbis utar (Act. c. 20. v. 31.) monens unumquemque , ut á seductoribus caveat , á via pessima recedat , et Deum in veritate , et iustitia quaerat. Haec instantia eius quotidiana solicitude omnium animarum. (Corinth. 2. c. 11. v. 28.)

¶ Quis ergo enumerare poterit peccatores ad poenitentiam conversos , impios ad veritatis cognitionem reduges , Catholicos ad meliorem frugem adductos , iustos ad perfectionis apicem excitatos fervore , zelo , et spiritu , qui loquitur ? Nullus sane ; quia omnium numerum solus Deus scit. Verum , quo feror de hoc

Chris.

Christi Athleta alloquendo, laudibus cumulando , ingentia praeclaraque eius spiritualia facta commendando? Cum iam aliquem auribus meis insusurrantem audio , alta petis Phaeton. Sileam ergo: etenim

*Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri  
ora licet tribuas multiplicata mihi.*

Attamen , pace tua mihi semper admodum venerande , atque apostolice vir , colendissimeque Magister : siquidem scimus , quod omnes partes tui sacri ministerii digné , et laudabilitér imples , unam à te petam , et nomine istius Sapientum Congressus hanc requiram, id nimirum , quod Apostolus Paulus ad Timotheum adhortabatur ( Epist. 2. c. 4. v. 2. 3. et 4. ) fortasse praesagiens tempora, et mores , qui omnibus nunc patefiunt : ad Timotheum sic loquébatur Apostolus; *praedica verbum, insta opportунे, importуне, argue, obsevera, increpa in omni patientia, et doctrina;* erit enim tempus , cum sanam doctrinam non sustinebunt , sed ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros prurientes auribus , et à veritate quidem auditum avertent , ad fabulas autem convertentur.

Num

Num tempus , in quo vivimus , et mores ,  
 quos perspicimus , praesentíret Apostolus , et  
 de his allocutus fuerit , vos videritis , Catho-  
 lici audientes : insta igitur , dignissime Dei Mi-  
 nister , opportuné , importuné , argue , obse-  
 cra , increpa , illam vatram , amictamque do-  
 losis illecebris Philosophiam hac nostra aetate  
 inter libertinos turpiter grassantem , per caba-  
 listas procaciter serpentem , contra regias , po-  
 testates atrociter insidias tendentem , populos ,  
 civitates , regnaque caeca ferocitate subverten-  
 tem , subditos ab obedientia principum sce-  
 leste avertentem , praetextu falsae libertatis ,  
 chimericae aequialitatis , perfidaeque indepen-  
 dentiae , pacem publicam de medio tollentem ,  
 patres adversus filios , filiosque in patres impié  
 obarmantem , omni religione gentes dementér  
 spoliantem , sanguinolentis manibus reges sa-  
 crilegé iugulantem , innocentique sanguine  
 universam terram irrigantem.

Contra omnia praedicta , horribiliaque  
 monstra , fontem , et radicem , unde haec de-  
 liramenta púllulant , irrequietum bellum sapien-  
 tia , zelo , et doctrina tua perpetuó facere ,  
 tibi gloriosum erit , ut ita luceat lux tua co-

ram hominibus; et videant omnes praeclaram doctrinam tuam, et glorifcent Deum Trium, et Unum, qui tali inexpugnabile munimentum hoc lamentabili aevo contra inimicos fidei, et religionis, impiosque mores, in Ecclesia posuit; ceu in anteactis saeculis adversus haereticorum, impiorumque errores, sanctissimos, et doctissimos viros, tanquam invicta propugnacula erexit, uti Agustum contra Pelagianos, Athanasium adversus Arianos, Hieronimum in Rufinum, Cirilum Alexandrinum adversum Nestorianos, et contra Valentinianos, Sabellianos, Montanistas, innumerasque alias pestes, Epiphanium.

Iam ergo cum sapientia, et virtus praecipua sint Doctoris laurea, si quem ad supremos Theologiae gradus, et honores erigendum hinc sincera virtus, illinc germana sapientia, coronare debet: Nam si fulgore sapientiae non praeluceat, quisquis est sapientiae infulis inaugurandus, non erit sapientiae monumentum, sed sepulcrum; sub illo tanquam sub vasta mole tumulata iacebit sapientia; exornataque non eminebit; Item nisi virtutis facibus resfulgeat, quisquis sapientiae involvat in coro;

fonam , fumosam mundo sapientiam vendita-  
bit , non fructuosam : Igitur cum omnes nos,  
clarissime vir , sapientiae , et virtutis tuae tes-  
tes simus, non auriti , sed oculati ; neque enim  
nobis opus est ad tuam sapientiam , et pro-  
bitatem testandam externos homines consule-  
re , ex nobis certé didicimus , quod de te veris-  
sime dicimus ; etenim licet parum temporis sit,  
ex quo te novimus , tamen ad praeclaras tuas  
animi dotes testandas quam longissimum , no-  
mine huius regiae Academiae solemnibus te in-  
auguror Theologici Doctoratus ornamentis.

\* Pileum tibi trado , et capiti impono in  
morem diadématis , quo sapientissimus hic se-  
natus coronat conspicua merita tua ; albis sim-  
briis lemniscatum , tui indicem candoris , et puri-  
tatis , quibus Doctor Theologus eminere debet.  
Annulum tibi induo in digitos , perfecta specie  
figuratum , tuae symbolum virtutis , et probita-  
tis. Librum tibi offero in manum , sapientiae  
thesaurum , singulare tuae doctrinae , et sapien-  
tiae , monumentum.

Et quia in quocumque sodalitio , seu com-

---

\* *Signis Doctoratus condacatur.*

munitate optimum bonum , summaque felicitas est , ut omnibus una sit mens , cor unum et anima una , ne a more academico recedamus , in pignus amoris , qui nos erga te totto pectore urget , accipe amplexum ; et retrahue nobis , in testimonium , quod in mente , corde , et anima tua semper erimus ; tecumque in aeternum permanebimus : simulque te deprecor , vehementerque obtestor , ut preces , et vota in Coelum dirigas , ut amor , charitas , pax , et concordia inter nos perpetuo maneant , nunquamque deficiant.

Pro coronide huius solemnis , Academicaeque actionis , sede in medio Doctorum , non ut illos audias , et interroges ; non enim interrogare , et audire , opus est illi super cuius sapientia , doctrina , prudentia , et responsis , omnes admirati sunt ; enim vero , ut sedes tua in hoc regio atheneo signata servetur , ad memoriamque posteritatis expressa relinquatur , in gloriam , et honorem nostrae Academiae.

Verum quia iam te video , dignissime Doctor , atque Magister , ad supremum honoris apicem evectum , doctorali flosculo micantem , in hoc nobilissimum corpus cooptatum , ac tam

tam claro Minervae senatu condecoratum, tibi gratulor: nam cum premium, et honos, eó sint pretiosiora, quó elargiens praeclarior; eó aestimabiliora, quo sapientior; eó iucundiora, quó benevolentior; et quām preciosus erit honor, qui á tam inclito largitore proficiscitur? Quām aestimabilis, qui á tam sapiente, et prudente coetu impertitur? Quām iucundus, qui á tam benevolo congresu tribuitur? Recte Nasone aiente

*Sic acceptissima semper*

*Munera sunt, autor, quae preciosa facit.*

Ovid. apud Erasm.

Gratulor etiam Seraphicae Capuccinorum familiae: quia talem Christi operarium zelo apostolico praeditum, coelestibus donis fulgentem, scientia Sanctorum supereminentem, sacra, humanaque eruditione pollentem, supra gregem Domini ardenti charitate assidue, et fructuose vigilantem, in sinu suo procreavit, in lucemque edidit, ut radios sapientiae, doctrinae, et virtutis suae per totum regnum diffunderet. Quae etsi, uti oliva fructifera, et vitis abundans, unde tot bona in christianam

rem-

rempublicam emanant, plurimos in dies ge-  
 neret filios in ministerio apostolico usque in-  
 sudantes, hunc maximè non agnoscere nequi-  
 tanquām gaudium suum, et coronam: nam  
 si divinus ille gentium Doctor Paulus ( Philip-  
 c. 4. v. 1. ) quos aluit, nutrit, et ad pie-  
 tatem informavit, gaudium suum vocat, et co-  
 ronam, & cur illum, cui praedicta Religio ac  
 animarum salutem anhelanti viam monstravit  
 ad peccatorum conversionem currenti facen-  
 praeluxit, ad ministerium apostolicum aspiran-  
 ti instructionem praebuit; quemque in rebu-  
 divinis ad hoc munus digne exercendum aluit  
 et nutrit; cur, inquam, illum gaudium  
 et coronam suam non appellabit? Praesertim  
 cum quācumque ierit, nomen non tantum Jesu-  
 Christi in pectore, et ore, sed laudati ordi-  
 nis secum portabit; illudque honorandum,<sup>ve</sup>  
 nerandumque efficiet coram gentibus, et re-  
 gibus, qui cum evangelizare audierint; qui  
 que sacram eloquentiam in dicendo, spiritum  
 ignitum in persuadendo, divinamque efficac-  
 iam in movendo, experti fucrint.

Demum, ut finem dictis imponam, ne  
 nimio plus importunus videar tantummodo lo-  
 quar

quār , quod in tanta plurimorum lactitiae pro  
 honore huic inclyto , et apostolico viro im-  
 pertito , ad me prae omnibus iure , meritōque  
 spectat gratulari , et in Domino gloriari , ra-  
 tione conspicui muneris quod hodie actutum ,  
 atque inopinatē penes illum felicitér mihi sor-  
 titum est : unde magna , et prospera promi-  
 ttere queo ; ast cuī inter plurima , quae nos  
 conturbant , porrō unum sit necessarium , (Luc.  
 c. 10. v. 42. ) in hoc tantum spes mea re-  
 posita est : idcirco in charitate , benevolentia  
 zeloque tuo , pro peccatoribus , quorum pri-  
 mus , ut cum Apostolo loquiar ( 1. ad Timoth.  
 c. 1. v. 15.) ego sum , superum estatione lo-  
 candis , totus fretus , te valde deprecor , ut me  
 noctesque , diesque in corde , atque in men-  
 te serves , et preces Deo effundas , ut hic ius-  
 tificatus per gratiam , in memoria aeterna sim ,  
 et ab auditione mala nihil timeam : ego  
 etiam dūm lumen vitale viderim , tui non im-  
 memor unquam ero ; et vota mea , etsi glacia-  
 li frigore astricta , Domino reddam , ut in  
 aeternum vivas ad Academiae nostrae novum  
 decus , in tui ordinis praeclarissimum orna-  
 mentum , atque ad Sanctissimae Trinitatis ,

Patris, et Filii et Spiritus Sancti maiorem laudem, et gloriam.

**DIXI.**

O. S. C. S. R. E.



J.

M.

J.

*ALLOQUUTIO GRATULATORIA*  
á Fratre Didaco Josepho Gaditano,  
*Ordinis Minorum S. P. N. S. Francisci*  
*Capuccinorum*  
*Baeticae Provinciae alumno, ac Misionario*  
*Apostolico*  
habita  
in  
*Regia ; Praeclaraque Ovetensi*  
*Universitate ,*  
*In sollemni , ultronea , atque gratuita*  
*collatione Gradus Lic. et Doct.*

***IN SACRA THEOLOGIAE FACULTATE.***

*Die XXII. Mensis Aprilis*  
*Anni Domini M. DCC. XCV.*

**O**portet autem beneficium ut verè sit, esse gratuitum. Danti itaque rependi quidquam gratius ab accipiente non potest, quam si gratum habuerit quod gratis accepit. Et haec benevolentia creatur de benevolentia dantis in animo accipientis, beneficio quidem interveniente. *Hac me fateor locupletem: hanc de corde pleno dignam profecto offero remunerationem meo benefactori: hanc devotus immolo sacrificium laudis factori omnium pro salute mei benefactoris.*

S. BERNARD. EPIST. 181.

## ANTE OMNIA SANCTISSIMA

SIT TRINITAS LAUDATA.

**A**udite haec omnes Gentes : aúribus percipite qui habitatis orbem. Quique terrigenae, et filii hóminum , simul in unum dives , et pauper. (1) Audite universi populi ex omninatione quae sub Coelo est , á mari usque ad mare , et á flumine usque ad terminos orbis terrarum. Audite inquam , et transeuntes usque ad nos , videte hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit vobis. Accédite festinantes , et aspicietis , non infantem Deum possum in praesepio , pannis pauperrimis involutum , atque in medio duorum iacentem animalium , eo ipso tempore quo Sole meridiano clárius fulgebat in Coelo , sua sic spónte humiliatum , ut nos homines deos fáceret factus homo ; sed infimae plebis hómunculum , sicut Cedrus Libani exáltatum , inter nubes humanae celsitudinis collocantem nidum suúm , et sólitum non emérite magnificentiae suac inter Astra aethereae huius Universitatis immerito

(1) Psal. 48. v. 2. &amp; 3.

stabilientem. Venite itaque; et videte opera  
 Domini, quae posuit prodigia super terram.  
 Nam quomodo prodigium non erit, quan-  
 do stulta mundi, et contemptibilia, et ignobilia,  
 et ea quae non sunt elegit Deus, non in tran-  
 sacto tantum, sed etiam in praesenti tempore,  
 qualiter vos ipsi modo cernitis, si me a vobis,  
 ut iustum est, secernitis, ut notam omnibus  
 ubique faceret potentiam suam, et quod po-  
 tens est, quem placet illi de lapidibus istis sus-  
 citare filios Abrahae? Venite, ut haec intuen-  
 tes, enarratis postmodum in progenie altera,  
 quae audistis, et vos ipsi vidistis, novum quod  
 fecit Dominus super terram, quod utique aequa-  
 le a saeculo non est auditum, nec nostra tu-  
 lit, nec forte posterior aetas feret. Venite igi-  
 tur, magnificate Dominum mecum, et exal-  
 temus nomen eius in idipsum, quoniam bo-  
 nus, quoniam in saeculum misericordia eius,  
 quia me despectum, et novissimum virotum,  
 ipse qui ponit pauperes in sublime, sublimavit  
 in populo, non ut contra paeceptum suum  
 cornu meum extollam in altum, (i) sed ut demis-  
 se de me cogitans, quod suum est laudem, nec  
 mihi tribuam, et quod meum est, ut port

malum, fugeam semper, atque defleam.

Caeterum; cur extraneos alloquor, et longinquis, dum in medio vestri sum, Doctores amplissimi, praestantissimi Magistri, virique ex omni parte commendatissimi, homines magni virtute, et vestra prudentia praediti, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum, et imperantes in praesenti populo, et virtute prudentia populis sanctissima verba? In peritia vestra requirentes modos musicos, et narrantes carmina scripturarum. Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, (1) quorum nominum laus non immerito, sed minus adhuc condigno universum per orben miscanti lumine fulget, potiusque ad vos, quam ad illos eloquium meum, licet ignorantiae plenum, omnino dirigi debeat? Non ideo mirmini: adhuc enim infantiae inscientiam non dereliqui: stultus valde sum: fateri tamen cogor, ut haec omnia ab his qui procul sunt, et ab his qui propre, ut audirentur, non parum optavi, ut a solis ortu, usque ad occasum laudatissimum fieret nomen Domini ex hoc nunc, et usque in saeculum. Loquar illis, si fandi adfuerit facultas, et Dominum palam

---

(1) Eccli. 44. à v. 3.

coram omnibus magnificabo, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in Civitate ista munita magno sapientum numero, sapientiae que domo ornata, cuius rei causa appellari potest Cariath-Sepher, sicut antiqua Dabir, id est, civitas litterarum: (1) ac etiam quia induit me indumento isto honoris, et gloriae, ut sic indutus, ante faciem suam per locos, et civitates praecipue parare vias eius ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Loquar et vobis vel unum verbum, vestra si dignatio faverit, et quid ego de vobis sentiam, quidve et vos de me sentire mecum debeat aliqualiter ostendam. Benebole auscultate, et modicum sustinete quid insipientiae meae, dum

D. O. M.

Vobisque debitas, etsi non pro merito, refero gratiarum actiones; postquam de nullis meritis meis, deque mea ad tantam gratiam notam innatamque imparilitem, aliquid, Domino praebente, Deipara opitulante, vobisque pium benigne tribuentibus auditum,

Dixero.

VOS scitis, Patres, et Domini mei a prima die qua ingressus sum in Urbe hac, qualiter imperitus sermone sum, quia ignarus scientiae. Satis nota est veritas ista, et satis notum quod non est sermo doctus in lingua mea. Vos prudentes estis in Christo, at ego stultus propter Christum, vel verius propter nimiam insipientiam meam: propterea mementote divini illius effati: *Non decent stultum verba comp̄posita:* (1) quatenus os stultorum pascitur imperitia, (2) et videbitis quod in conspectu vestro tacere potius debeo, quam effari, nam stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum. (3) Fatéri sic non vereor, quia verum fateor. Nunc autem si venero ad vos linguis loquens, (magnis parbulis,) : quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? (4) : Numquid bonum in conspectu vestro erit, si hoc ut faciam vel linguam meam magnificando loquar, vel facto ostend-

(1) *Prov.* 17..7. (2) *Prov.* 15..14.

(3) *Prov.* 30..2. (4) *I. Cor.* 14..6.

existimare me quod labia mea à me ipso sunt  
; Quid stultius ! Cum scriptum sit : *Disperda  
Dominus universa labia dolosa, et linguam mag-  
niloquam. Qui dixerunt : linguam nostram mag-  
nificabimus : labia nostra à nobis sunt.* (1) Enim  
verò , si verúm dicere , ut iustum est , deceat  
veritatem dico in Christo , non mentior , tes-  
timonium mihi perhibente conscientia mea  
Quod cum ego venissem ad vos , fratres , ve-  
ni , ( testes vos ipsi estis ) non in sublimitate  
sermonis , aut sapientiae , annuntians vobis  
testimonium Christi. Non enim iudicavi me  
scire aliquid inter vos , nisi Iesum-Christum  
et hunc crucifixum : et quod ego in infirmi-  
tate , et tremore , et timore multo fui apud  
vos : et quod sermo meus , et praedicatio mea  
non in doctis , aut in persuabilibus fuit huma-  
nae sapientiae verbis , sed in doctrina spiritus  
spiritualibus , spiritualia comparantes ; ut fide  
vestra , vel spiritualis profectus , non sit in sa-  
pientia hominum , sed in virtute Dei. (2) Hin-  
fructum vestrum aliud centesimum aliud sexa-  
gesimum , aliud trigesimum , (3) quia granum  
verbi cecidit in terram bonam , imbre coelestis

---

(1) *Psal. 11. . 4* (2) *I. Corint. 2.*

(3) *Math. 13. . 8.*

benedictionis super infusam, ac' divinitus foecundatam, ut ita qui seminat gaudeat, simul, et qui metit, laetemurque coram Domino, sicut qui laetantur in messe. Laetabor ego super tantum bonum, sicut qui invenit spolia multa, quia, non utique mei laboris; sed Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis. Alii laboraverunt, et ego in labores eorum introivi, vel ad colligendas spicas remanentes, sequens messorum vestigia, velut sollicita Ruth: (1) vel ad congregandum in horrea Domini triticum electorum eius, qualiter servis sui paterfamilias imperavit: vel ad signandum Thau divinae misericordiae frontes virorum gementium, et dolorium super cunctis abominationibus, quae fecerunt sicut Ezechiel propheta de quodam Angelo a Deo in Ierusalem misso luculenter testatur. (2) Laetabor insuper, quia et si non plantavi, rigavi tamen hortum istum deliciarum Domini mei: non autem gloriabor: quatenus neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. (3) Absit igitur mihi gloriari de his quae nec mea sunt, nec a me. Nam quomodo mea, vel

(1) Ruth. 2. . 7. (2) Ezechiel 9. . 4.

(3) 1. Corint. 3. . 7.

á me erunt , quae solius Dei sunt , et esse suum ab illo tantum habent ? Habent profecto : nec ab ullo alio haberí quaeunt àdhuc , vel ipsae plantae , quae ut pote misticae , et rationales in eo qui posuit illas manere oportet ut fructum afferant . Ego , inquit ipse , posui vos ut fructum afferatis , et fructus vester maneat (1) additque : sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso , nisi manserit in vite : sic nec vos , nisi in me manseritis . (2) Ipsae igitur plantae gloriari de fructu suo non valent , quia potissimum á gratia , velut á radice ipse est , et non planta radicem portat , sed radix illam . Ergo si istorum nulus valet tali modo gloriari , satis compertum est , quod si voluerem gloriari , insipiens ero , nam gloria mea , seu meritum ad illam nihil est . Ideo gloriari me non oportet , nec expedit quidem , nec omnino decet .

Non utique decet . Nam omne datum optimum , et omne donum perfectum desúrsus est , descendens á Patre lumen . (3) Si ergo ullum inventum est in me , : quid habeo quod non accéperim ? : Si autem accépi , quómodo

(1) *Ioan.* 15.. 16. (2) *Id. ibid.* v. 4.

(3) *Jacob.* 1.. 17.

gloriabor quasi non accéperim ? ; Heu ! ! Quan-  
 tum nefas istut foret ! Accepi utique, ut pos-  
 sem operari opera ejus, qui misit me, hoc est  
 evangelizare. Enim veró sufficiens non sum  
 cogitare aliquid á me quasi ex me, sed suffi-  
 cientia mea, si quā est, ex Deo est. Quae cum  
 nec labore acquisita, neque studio obtenta,  
 nec comparata propria fuerit industria, non  
 merito tribuenda est, sed Gratiac, velut ab illo  
 qui gratis gratiam donat, ultra condignum,  
 ac verē indigno gratuito commodata. ; Nonne  
 et vos ita nostis, et nota caeteris fecistis, cum  
 nota facta sunt omnibus vobis, quae prius di-  
 dicistis, et audistis de me, pósteaque vidistis  
 ipsi in me : quómodo scilicet litteras existimer-  
 scire, cum non didicerim ? ; Qualiter de scien-  
 tia, deque modo sciendi loquar, quum ob  
 meam notam insipientiam, et scire quid sit  
 nesciam, et modum non capiam ? ; Et qua  
 sorte inter vos, sapientiae Principes, sapien-  
 tiā, suūmque spiritum proferam, illius pul-  
 chritudinem pandam, atque ad amorem eius  
 multiformiter alliciam, cum luce clarius sit,  
 nunquam me illam novisse, didicisse únquam,  
 ac esse suūm pénitus ignorasse ? ; Miramini

forsam? ; Vel in dubium vertitis Verbum istud? Absit. Veritatem dico in Christo , non mentior. Ipsi vos optimé nostis divinum illud oraculum : *Radix sapientiae , et cui revelata est , et astucias illius , ( ignotas scilicet vias ) quis agnoscit ? ; Disciplina sapientiae cui revelata est , et manifestata ? ; Et multiplicationem ingressus illius quis intellexit.* (1) Difficilius quippe hoc est viro sapienti , quam arenam maris , et pluviae guttas , et dies saeculi dinumerare : ut plusquam altitudinem Coeli , et latitudinem terrae , abypsique dimetiri profundum. (2) ; Quid ergo mirum , si mihi , virorum stultissimo , et ipsa scientia lateat , et via eius impervia omnino sit ? Hoc mecum sentite et vos , si verum amatis , et si me veritatis praedicatorem , pariterque amatorem existimatis. Quia ē contrario facitis , miror quod sic tan cito transferimini á vestro probato sensu , falli taliter potueristis , et in iudicando de me , tantum á vero rectoque iudicio deviastis.

Deviastis utique , et non recte iudicastis , ( donate mihi hanc iniuriam ) dum me ut devium á via hac non cognovistis , et velut sapientem pertractastis ; cum verum sit , quod

---

(1) *Eccli. 1. vers. 6. & 7.* (2) *Ibid. v. 2.*

et si viam sapientiae monstravi vobis, tamen quantum distat ortus ab occidente, longe inveniatur a me vera sapientia. Si autem recte hoc egistis, vel si rectum fuit, seu non iudicium vestrum, quid ad me? Vos videritis. Scio enim quia scriptum est: *delinqüentibus, nolite exaltare cornu*: (1) forsitan superbia, quia illi delinquent scientiam abstulit, atulit insipientiam, eorumque ostendit stultitiam, ignorantiam denotat, nam omnis peccans est ignorans. Nunc ergo animadvertisse: si iuxta Sapientis effatum: error est quod positus sit stultus in dignitate sublimi: (2) Quodnam iudicium faciemus de vestro iuditio, quo ut sapientem laudatis, et ut laude, atque honore dignum praedicatis, non iuvenem, in quo nulla sit macula, decorum forma, et eruditum omni sapientia; cautum scientia, et docetum disciplina; (3) sed senem fatuum, et insensatum? (4) Sed ego non iudico quemquam: et si iudico vos ego de facto isto, quo me nimium extolitis, ac supra meritum decoratis, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me, Dominus: qui scit

(1) *Psal. 74..5.* (2) *Eccl. 10..6.*(3) *Daniel. 1..4.* (4) *Eccli. 25..4.*

et notam mihi facit insipientiam meam , et reverentiam , seu verecundiam meam , ob nimia scelera mea, At veró mihi pro minimo est , ut talis á vobis iudicér , aut ab humano die , dum nihil mihi conscius sum de his , quae á vobis existimantur. Non enim sapientiam præstat sapiens ab alio existimari , sicut nec tribuit pulchritudinem , de pulchritudine qui deformis est laudari. Vanum est , et á vanitate vanitatum parum distans laurea doctoris insigniri , congaudereque de illa qui nec veré doctus est , nec vera sapientia pollet. : *Quid namque prodest stulto habere divitias , inquit Sapiens , cum sapientiam emere non possit ?* (1) : Quid , similiter proderit stulto sapiens appellari , atque inter Doctores quasi unum ex ipsis computari , cum non valcat illorum assequi peritiam , quam non habet ? : Numquid ex suamet poterit stultitia illam depromere ? Neutiquam Trahitur enim sapientia de occultis. Altissima ipsa est , quatenus in altissimis habitat , thronusque ejus in columna nubis , atque ex ore Altissimi prodixit , qui posuit altissimum refugium suum ; viasque suas , sicut exaltantur Coeli á terra , sic á viis nostris exaltavit , longeque sta-

re fecit. Ego vero de terra sum , et de terra loquor , ac tamquam pulvis , quem proiicit ventus a facie terrae insitus sum in limo profundi , et non est substantia. Ideo perspicuum est me toto coelo a vera sapientia disiungi , ut pote de terra tetrenus sum , et oculos meos qui lucerna corporis mei sunt , ob incredibilem stultitiam statui non semel declinare in terram. : Quomodo ergo cum sitis ipsi sapientes , et omni laude dignissimi , me despectum et novissimum virorum , opprobrium hominum , atque abiectionem plebis computare inter vos non erubescitis , posquam scriptum est ; *Natus est stultus in ignominiam suam?* (1)

Simite propterea me , Magistri , et Domini mei colendissimi , ut immensurabilis pusilitatis meae agnoscens magnitudinem , magnificari timeam , renuam inter vos , qui magni estis , quasi magnus pertractari. : Quis namque magnus nisi Deus noster , qui magnus est , et laudabilis nimis , et magnitudinis eius non est finis? Et tamen scmetipsum exinanivit formam servi accipiens , cum ipse sit Deus in Collo sursum , et in terra deorum , ut me servum , ac vilem peccati mancipium supra id quod

---

(1) Proverb. 17. . 21.

sum non extollerem , doceret humili Deus .  
 : Quid ergo dicemus ad haec ? Dicam planè :  
 confitebor adversum me iniustitiam meam Do-  
 mino. Ecce labia mea non prohibebo. Delicta  
 iuventutis meae , et ignorantias meas meminit  
 ipse Dominus , cui omne cor patet , nulla-  
 que latere potest cogitatio : idcirco commissa  
 mea pavesco , et ante illum erubesco , pariter  
 que culpa rubet vultus meus in conspectu ves-  
 tro , et ad me ipsum anima mea conturbata  
 est , quia peccatum meum contra me est sem-  
 per. Valde enim deliqui , quum Deum , qui  
 me fecit , iniuste dereliqui , violavique minus  
 quam propter pugilum hordei , ac framen pa-  
 nis , eo ipso tempore quo ducebat me per viam  
 deducebatque in semitam mandatorum suo-  
 rum , ut me beatum faceret in aevum : atque  
 stulte egi dum sine voce , heu me ! dixi : re-  
 cede a me Domine , scientiam viarum tuarum  
 nolo , atque in viam propriam declinans , viam  
 quae dicit ad mortem miserabiliter cucurri.  
 : Ergone qui fecit istud honorandus erit ? Scrut-  
 tamini scripturas in queis dicit Dominus : *Qui*  
*contemnunt me , erunt ignobiles :* (1) et videbitis  
 quod si non resurgerent peccatores in consilio

iustorum , minime decet me in vestrum transire consortium. Peccavi ego super numerum arenae maris , et multiplicata sunt peccata mea super capilos capitis mei : unde cor meum dereliquit me ; et lumen oculorum meorum , et ipsum non est mecum : tenebras ignorantiae palpo sicut palpare solet coecus in meridie : in illis sedeo , et lumen Coeli , claritatem scilicet sapientiae , quae candor est lucis aeternae , videre nequco ; et ideo nullum de tanto honore gaudium redundare valet in me ; et si ut vobiscum congaudeam plurimum , in hoc ipso laboretis. Sed frustra , quamvis labor vester non est inanis , nec absque fructu coram Domino : Peccatori namque lugere potius nescesse est , quam laetari , expedit humiliari , honorari non decet. *Noli magnificare virum peccatorem* , inquit Ecclesiasticus : (1) et quidem optimè. Inimici quippe Domini mox ut honorificati fuerint , et exaltati , deficientes quemadmodum fumus deficient : (3) sed iam defecerunt in vanitate dies eorum , et anni eorum cum festinatione : (3) heu ! Universa vanitas omnis homo vivens. (4) Officit igitur defec-

(1) *Eccli.* 1.. 16. (2) *Psal.* 36. 20.

(3) *Psal.* 77.. 33. (4) *Psal.* 38.. 6.

tio tanta , tanto ut afficiar honore.

Ideó renuit consolari anima mea rugiebam  
 à gemitu cordis mei : fuerunt mihi lacrimae  
 panes die ac nocte : potumque meum cum  
 fletu temperabam , quia sic elevantes allisistis  
 me parvam sedem meam in terram collisistis,  
 perfudistisque me confusione. Quapropter com-  
 pellor dicere , quod tota die verecundia mea  
 contra me est , et confussio faciei meae coope-  
 ruit me: humiliata est in pulvere anima mea,  
 conglutinatus est in terra venter meus : pane-  
 que sustendor tribulationis , et aqua angustiae  
 heri , et hodie , ex eo scilicet tempore quo  
 annuntiasti mihi huiuscemodi cogitationem  
 vestram in vobis esse , eo quod *plus ultra* quam  
 par est minimum magnum facitis. Sed ad *non*  
*plus ultra* ista haec mea pervenit conturbatio,  
 cum hac ipsa hora stetit quidam ex vobis , cu-  
 ius antea non agnoscebam vultum , coram ocu-  
 lis meis , vocemque quasi aurae lenis protulit,  
 et ad me dictum est ab illo verbum abscondi-  
 tum , et quasi furtive suscepit auris mea verba  
 susurri eius : quó sonante pavor tenuit me , et  
 tremor , et omnia ossa mea perterrita sunt ,  
 inhorrueruntque pili carnis meae : ( i ) ipse nam-

---

(i) Job. 4. à vers.. 12.

que misit tamquam imbres eloquia sapientiae suae , et me de peritia , de labore , aequé ac de virtute plurimum nimiumque commendare sat egit . In cassum tamen , quoniam verba oris cius , et si á charitate imperata hyperbole non carent ,

¶ Ambigua ne vobis est veritas ista ? Absit : ut declinem á veritate postquam ob salutem animae meae viam veritatis elegi , viamque sapientiae , quae veritas ipsa est , monstravi vobis in nomine illius , qui plenus gratiae est , et veritatis . Ego veritatem dico vobis : ad laborem quod attinet quamvis negare non possum , quod in laboribus sum á iuventute mea , praedicans regnum Dei , et evangelizans illud in Hispania nostra per singulos annos quam freqüentissime , non absque labore , et erumna , in angustiis , in plagis , in fame , et siti , in frigore , et nuditate , in itineribus saepe , periculis latronum , periculis in solitudine , periculis in civitate : ut seductor , et verax , quasi ignotus , et cognitus , ut castigatus , et non mortificatus , aegra non raro et adversa valetudine , omnibus sic anuntians testimonium Christi ; compellor tamen dicere

cum Apostolo : si evangelizavero , non est mihi gloria : necesitas enim mihi incumbit : vae mihi , si non evangelizavero. (1) Quae de virtutibus , atque de vitae bonitate dixit ille , nescio quam veritatem habeant , et qualiter absque scrupulo sic praedicari queant. Impulit pietas illum , fateor ; sed me veritas cogit dicere : verebar , et vereor omnia opera mea valde. Loquar in amaritudine animae meae : dicamque in conspectu omnium vestrum : ille ipse sum qui quondam contra Omnipotentem roboratus erecto collo , elataque cervice cucurri : ; heu me! ; heu me! Dcum meum, creatorem meum, liberalissimum, omnique ex parte amabilem Salvatorem meum , proieci inique post corpus meum. ; Obstupescite Coeli super hoc , et portae eius desolamini vehementer ! Foetidum quaque calcaneum meum levavi contra eum , ante quem incurvantur qui portant orbem. ; Quis nisi magno affectus dolore haec dicere posset? ; Unde ergo virtus? ; Unde bonitas laudata? ; Quis bonus nisi solus Deus , qui sanctus est in omnibus operibus suis ? ; Quam vero abominabilis effectus ego sum , qui ibi quasi aquam iniquitatem! Et si res ita se habet ; quare me

de Prudentia extollitis , de Iustitia laudatis , plauditis de Fortitudine , atque de temperanza commendatis ? ; Numquid et vos seducti estis ? Vos qui alias oculos habetis columbarum , facti estis , ut olim Ephraim , quasi columba seducta non habens cor ? (1) Memen- tote verbi illius : *Sapientis oculi in capite eius :* (2) et videbitis quod vobis dati sunt ad specu- landum , ad discernendum inter bonum , et malum , et ad falsum á veró , stagnum ab au- ro , á iustoque impium secernendum. Sufficiat vobis piissima vestra dignatio , et de hac re ulterius ad me loqui nolite. Non enim sum qua- lis Deus vult , qualis et vos existimatis , et qualis exigit á me divinae gratia vocationis. ; Vae mihi !

Absit ergo á vobis ut in posterium de me similia his loquamini. ; Ego autem si veritatem dico vobis , quare non creditis mihi ? Dixi , sed quia nunquam satis , dicam , iterum , ut et vos eadem dicatis. Talis enim sum , quod si iustificare me voluero , os meum conden- nabit me. (3) Ut immundus namque factus sum atque abominabilis ; et adhuc sordes iniquita- tum antiquarum manent in pedibus prabarum mearum affectionum ; quibus corruptae sunt

---

(1) *I. Osee. 7. 11.* (2) *Eccle. 2. 14.* (3) *Iob. 9. 20.*

cicatrices meae à facie insipientiae mea. Si lotus fuero quasi aquis nivis , et fulserint velut mundissimae manus meae : Tamen sordibus intinget me Dominus ( Coeli enim non sunt mundi in conspectu eius , ) et abominabuntur me vestimenta mea. (1) ; Quomodo ergo prudens esse potest , aut fortis , aut temperans aut iustus qui talit est qualis auditis ? Nolit seduci : bonus non sum , ergo nec scientia praeditus : scriptum quippe est : *Non credietur qui non est sapiens in bono.* (2) Igitur si nec sapientiae polleo , nec fulget virtus in me , non est unde de utroque neutrove gloriari debeam. Propterea honor iste non merito recipientis , sed donantium piac liberalitati tribuendus est. Manet igitur ipse vobis , atque manebit in aeuum , tum quia iuxta vulgatum axioma *honor est in honorante* : tum quia quantum habeo de illo , ut pote de honore vestro collato prorsus vestrum est , atque omni ex parte proprium.

Habete igitur illum , et gloriam vestram nolite indigno dāre , ne in superbiam elatus , indigne agat , et maculans illam , dominus meus , qui gloriosus apparet in conspectu Do-

---

(1) *Id. ibid. 30.* (2) *Eccli. 21..14.*

mini , dedecore contabescat. Dedecus enim est patris , filius sine honore. Insuper quia *quid recipitur ad modum recipientis recipiunt* , ut aiunt Philosophi , non ut socium , sed me ut famulum pertractate : nam et famulari omnino debet , qui non ministrari venit sed ministrare : et ego in medio vestri sum tanquam qui ministrat. ; Num ex hoc vilior siam? Minime : sed decoratus ultra condignum apparebo , si veluti unum de mercenariis vestris effectus fuero. Beati servi vestri , qui assistunt coram vobis omni tempore , et audiunt sapientiam vestram. Si ergo me tanti honoris indignum non iudicatis : ecce famulus vester sit in servum ut lavet in posterum pedes servorum dominorum meorum. ; Quam magnus effectus ero , si honore tanto insignitus fuero !

Sed iam remitite mihi ut refrigerem quo-  
quomodo spiritum meum , priusquam abeam,  
quia forté apud vos amplius non ero , vestram  
erga plus quam magnam dignationem , meac  
gratitudinis pro meo posse aliquantulum os-  
tendens. Alioquin vir mortis essem , si ( quod  
á me Deus avertat ) post tot beneficia  
ingratus apparerem.

## §º IIº

**S**ed quorsum tendo? Vel quid intendo, dum beneficiis vestris, quae magna sunt supra modum, parem exhibere intendo gratiarum remunerationem? Fallor abs dubio: si minimo dato solvere me existimo posse debitum maximum. Donum quod praestitistis, compensationem superat, nescit aequalitatem. Sed quid benefactori aliquid retribuere dignum et iustum est, et voluntas, si prompta est, secundum quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet, ut inquit Apostolus: (1) ideo de exiguitate mea exiguum vobis tribuam voluntate menteque promptissima, ut et si non secundum datum vestrum, neque ad aequalitatem mean aliquid vobis impertiar. Si verbis contendere velim (verba sunt Divi Patris Bernardi) ad beneficia quibus me obruitis, idem erit ac si impetratis sagitis, festucis dimicem: nisi quod hoc iocus videbitur, illud dolus. Facta factis compensari oportet. Verum id quidem multum est ad me. Nam unde sufficerem pauper et modicus? Sed rebus pauper et viribus, non voluntate. Aequabo ergo be-

*neficia votis, quae factis non possum.* Desideriis  
dives sum; affectibus abundo, et certe verus  
beneficus amplius non requirit. ; Nám quomo-  
do beneficus, qui benevolus non sit ? Porro  
benevolus nil sibi charius ipsa aestimat bene-  
volentia, qua et benevolus nominatur, et be-  
neficus est. Denique benevolentia fructus est  
beneficii. (1)

Ad hoc quovis modo denotandum veluti  
puerulus, qui ut se loqui nescire ostendat,  
á, á, á, balbutiendo clamat, ante conspectum  
vestrum apparebo: vel ut lingua haesitanti, tar-  
dioris, et impertioris linguae, verbis valde im-  
peritis loquar; timens tamen ne cum illis fas-  
tidium vobis ingeram, excitem nauseam. Ut  
ita non sit, vestram ad modicum commodate  
facundiam, eloquentiam condonate: sed quia  
hoc fieri nequit, parcite imperitiae, insipien-  
ti ignoscite. Velut minus sapiens loquar, non  
alta sciens, sed humilibus consentiens: quo-  
niā inter vos qui dii estis, atque filii **excel-**  
**si** omnes, ut terrae vermis, et non homo  
appareo, tamquam purgamenta huius mundi,  
omniumque peripsēma usque adhuc. Quapropter  
non linguam meam magnificabo, ut vos

quasi magna exaltans, veluti par est magnificem; sed vestras reticens laudes, ne modestiam offendam, adulatorve apaream, meam veré maximam gratitudinem, et si sermonibus imperitis, omnibus, si quo modo quivero, palam faciam.

Contextor itaque omni auscultanti me, vobis praesertim, domini mei dilectissimi, quod non meis meritis ad vos me misit Dominus vestrarum fieri coronarum participem; non enim veni quaerens vestra; sed vos. At vero quia recepistis in me eum qui misit me illum, non me magnificatis, dum me propter cum sic magnum facitis, laudabiles valde effecti estis, atque omni laude dignissimi; sed si amore illius facitis: nam si aliter facitis, non bonam rem facitis; inanis tunc erit, et absque fructu tanti tamque magni operis executio. Facitis utique: qui audet ambigere? Charitas quidem Dei, quae diffusa est in cordibus vestris per inhabitantem spiritum eius in vobis ut haec ageretis, inspiravit, Ab ipsa habetis esse, et perficere pro bona voluntate: atque per ipsam Religio, Pietas, vestraque Fides operatur. Magni propter ea vehementer effecti es-

tis in conspectu illius, magna equa remunerationis compotes. Nam si hilarem datorem diligit Deus, et non eum qui ex tristitia, aut ex necessitate donat, affectum potius pondens, quam donum, ubi parvum istud, magnum vero ille se ostendit: quomodo qui magna magno cum affectu tribuit, potest a Deo non diligi, non remunerari? Ipse siquidem potens est omnem gratiam abundare facere in vobis, ut rationabile sit obsequium vestrum, et munera vestra, atque victimae placeant illi super altari suo. Ipse vobis aures audiendi praestit, ad audienda verba sancta sua, adaperuit cor vestrum in lege sua, et in praeceptis suis: deditque spiritum suum in visceribus vestris, ut ministretis illi, colatis eum, serviatisque ei pio corde, animoque volenti, ut exinde non recedat laus vestra de ore hominum, qui memor res fuerint in posterum praeclari facti vestri, in cuius obsequium peracti. Ipse denique aquae sapientiae potum vobis obtulit, atque de torrente eius in via hac bibere dedit, ut vestrum postmodum exaltaret caput in populo; quatenus sic qui tulistis clavem scientiae; ipsi intrarctis in regnum eius, atque alios, non absque

ingenti fructu, intrare compelleretis, illis sine invidia communicando, quod sine fictione didicistis.

¶ Ast propterea contulit vobis facultatem, ut non habenti possitis illam dare, ut in illo magis ac magis abundet, sicuti in illo qui habet? Neutquam; quia hoc solius Dei est, qui effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et praebuit illam diligentibus se, (1) prout tradidit illam Iacob puerō suo, et Israel dilecto suo, (2) Ipse namque dat ipsam illi, illi placet ei: quia et si iustus aperuit os suum in oratione ad meditandam, acquirendamve sapientiam, non ideo protinus sapiens erit, sed si Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiae replebit illum Lauream, honoremque sapienti soli debitum praestare aliquando potestis, veluti nunc praestatis, sapientiam vero minime. Ideo sicut serico induita Simia non desinit esse Simia: ne stultus, et si quandoque verba sapientum proferat, deponit stultitiam, aut sapientiam induit; ita pariter, quamvis signo isto pulcherrimo quo sapientis sapientia merito designatur me valde insipientem; quasi habentem scienc-

tiam designetis, non ex ea sapiens fio, aut inter sapientes computari dignus effectus sum. Tamen quatenus in hoc quod agitis manifesta sunt abscondita cordis vestri, pietas, scilicet, benevolentia, devotio, benignitas, liberalitas, humilitas, timor Dei, et amor, zelum, charitas, solicitude, religiosissimusque cogitandi modus; minime ista parvipendenda sunt, sed cum sint omni laude dignissima, vosque propter illa laudabiles nimis, si, ut firmiter credo, corde bono, et optimo facitis, vellem propterea dignis vos laudibus celebrare. At divinum vetat oraculum, (1) vestraque modestia prohibet. Nolo tamen ut mea erga vos omnes gratitudo ullo modo lateat, neque sub sabulo sistat, quia nefas hoc esset, atque iniqitas non parva, contra illud Apostoli praeceptum: *grati stote.* Gratum me erga vos esse dignum, et iustum est, aequum, omnique ex parte debitum, atque piissimam, sapientissimamque Universitatemi hanc in hoc ipso quod facit collaudare, benedicere, et praedicare. Caeterum quia non est speciosa laus in ore peccatoris, necque ab insipienti, ac stulto laudari decus est viro sapienti, laudes

---

(1) *Ecli. 11. 30.*

Vestrás prudēns tacebo , meritum vero non  
 immerito praedicabo. Satis notum factum est  
 istud omnibus urbem hanc inhabitib⁹, ex-  
 terisque patefiet, ubicumque praedicatum fue-  
 rit evanđelium , sive bonum muntium hoc  
 dicetur enim , quod in honorem Dei , Ver-  
 bique ipsius , ac Ministrorum eius fecistis haec  
 ; Mi Deus ! ; Quam magnum, ac mirabile hoc  
 in praesenti saeculo nequam in quo nomen  
 tuum , quod reverentur omnia, et in quo fleo-  
 titur omne genu Coelestium , terrestrium , et  
 inferorum , iugiter tota die blasphematur : ver-  
 bum tuum , cui obediunt omnia , factum es  
 impiis in oprobrium , et ut vasa testea , opu-  
 manuum figuli reputati sunt ab improbis. Na-  
 zaraei tui ministri , ac Sacerdotes , qui olim  
 te nimis honorati sunt , ac constituti super-  
 gentes , et suger regna , ac super Reges , et  
 Principes orbis terrarum universi !

Meritum insuper vestrum ex eo potest  
 etiam comprobari , quod omnis plebs , ut vidi  
 vos ista facientes , dedit protinus laudem Deo  
 Ipsimet bene nostis , quomodo ad cloquium  
 et exemplum vestrum , quoniam vos estis  
 Presbiteri in populo ; et ex vobis pender ani-

ſma illorum, ſic corda illorum erecta ſunt, ut  
 in voces iuvilationis, et laudis prorupperint uni-  
 versi. Testes ſunt oculi vestri qualiter ingens  
 utriusque ſexus, atque omnis aetatis, et con-  
 ditionis multitudo catervatim per vicos, et pla-  
 teas accurrens Civitatis, vel potius velut tu-  
 mentes fluctus maris inundans ſe invicem, ac  
 nos turbae quae praecedebant, quae comita-  
 bantur, et quae ſequabantur conculcarent,  
 atque opprimerent ſine cesatione clamantes,  
 et laudantes vos, et benedicentes, plaudentes  
 manibus, atque iubilantes in voce exultationis.  
 Quare ſic fecerunt, niſi quia noverunt quod  
 ſpectaculum facti eſtis mundo, et Angelis, et  
 hominibus, ac in exemplum positi fidelium in  
 verbo, et in opere? Ideo ad vocem ~~vcſtrac~~  
 loquelae grandis omne pectus illorum exarsit,  
 et libens, ac lubens praedicavit omnes lauda-  
 tiones vestrarum in portis filiae, vel potius ma-  
 tris multitudinis, atque in atriis domus Do-  
 mini, huius videlicet, Regiac Universitatis,  
 quae eo ipso quo Sapientiae domus eſt, ſibi-  
 que ab ipsamet aedificata, domus Dei appa-  
 lari valet, quoniam ipſe Sapientia ipsa eſt,  
 Sapientiaeque conditor, ac dator.

Cor meum, et caro mea exultaverunt in  
Deum vivum, valdeque exilarat spiritum meum  
commune gaudium, quia hoc quod exultan-  
tes agitis, et populum secundum faciem sanc-  
torum exultat, et ex eo ipso in vestram non  
modicam redundat exultationem. Sed exulta-  
ret supra modum spiritus meus in Deo saluta-  
ri meo, si adhuc ex ore infantium, et lacten-  
tium possem ad maiorem eius gloriam, ves-  
tras perficere laudes ad meam ullomodo maxi-  
mam signare reverentiam, et dilectionem. Val-  
de enim diligo vos plus quam vestra. Ista nam-  
que causa sunt gratitudinis, vos autem obiec-  
tum caritatis, ac dilectionis, et quidem ne-  
cessarium: non enim possum non diligere  
quos Deus diligit. Ipse namque diligit eum  
qui cum sapientia inhabitat: diligit, et hilas-  
rem datorem propter nomen suum, nam do-  
na impiorum non probat Altissimus: (1) ac di-  
ligit denique, qui sermones eius servat: que  
omnia manifesta sunt in vobis, qui credidisti  
verbo Dei dum factores illius, et non audi-  
tores tantum iuxta Sancti Iacobi Apostoli praec-  
ceptum, (2) stetistis. Diligo ergo vos ut Magis-  
tros, ut Dominos, ut Patres meos. Ut Ma-

(1) Eccli. 34. . 23.

(2) Jacob. 1. . 22.

gistros quidem, quia verbo, et exemplo scientiam me docetis sanctorum. Ut Dominos autem, quia ex hoc, nunc, et usque ad obitum meum in vestram iam transeo, velut famulus dominationem. Ut Patres insuper, quia etsi per carnem non me genuistis, nunc plusquam magna adoptastis charitate. Hinc est quod in signum dilectionis, et gratitudinis vellem illum esse Scribam doctum in Regno Coelorum, (Ecclesia scilicet) similem homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova, et vetera, ut omnia vobis tribuens, aliquam debiti mei partem, si fieri potest, sic exolverem. Sed ego mendicus sum, et pauper nihilque amplius, propter indigentiam meam habeo, quod ponam ante vos. Ideo afferam, et si non quod volo, quae valeo saltem. Plura volo, valeo nihil, quia substantia mea tamquam nihil ante Deum meum, et ante vos.

: Quid igitur faciam? Iam in paupertate mea praeparavi obsequium, quod non posesc vobis non esse gratum, cum gratissimum sit supradictum Deo vivo, et vero, qui gratificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, (1)

(1) Ephes. i. 6. (2)

H. (3)

in cruce propter nos homines, et propter nos-  
tram salutem effusum, in Altarique quotidie  
a Sacerdotibus immolatum. Hoc ergo tam mag-  
num, propitiatorium, laudeticum, Eucha-  
risticum, Coeleste, prorsusque divinum sacri-  
ficium hodie pro vobis omnibus Deo, Opti-  
mo, Maximo obtuli: ut qui secum omnia no-  
bis donavit, donet et vobis de rore Coeli, e-  
de pinguedine terrae vitae substantiam, ut co-  
medatis medulam terrae, et imbre divine gra-  
tiae de Coelo perfundi mereamini. Deinceps  
vero, dum vita comes fuerit, comminemora-  
tionem omnium vestrum in illo faciam, de-  
precans Coelestem Regem, ut benedicens be-  
nedicat vos in omni benedictione spirituali in  
Coelestibus in Christo: (1) atque ita benedi-  
ti sitis, ut benedicat vos omnis creatura, quae  
in Coelo est, quae sub Coelo, quae in terra  
quae in mari, et omnia quae ab illo crea-  
sunt. Omnipotens benedicat vos benedictioni-  
bus Coeli desuper, benedictionibus abysi ja-  
centis deorsum: ac veluti Nephthali pleni si-  
tis benedictionibus Domini. (2) Divina eius  
sancta que benedictio supra vos sit, ut prote-  
gat: intra vos, ut ab omni casu eripiat: an-

ante vos , ut non offendant ad lapidem pedes  
 vestri : post vos , ut in adversis tueatur : circa  
 vos , ut custodiat semper : in Anima , ut vivi-  
 fieret : in corde , ut corroboret ; in corpore ,  
 ut conservet : in domo , ut gaudium afferat :  
 in agro , ut bona multiplicet : in via , ut gres-  
 sus dirigat : in labore , ut non deficiatis : in sa-  
 lute ; ut quieti sitis : ut infirmitate , ut sustinea-  
 tis : in omni tempore , ut vestrum negotium  
 agatis. Vigilando , studendo , deambulando ,  
 sedendo , stando , somnum capiendo , fabulan-  
 do , disputando , orando , ut semper , ubique  
 et in omnibus probetis , quae sit voluntas Dei  
 bona , et beneplacens , et perfecta , atque illam  
 adimplentes reportetis promissiones. Descendat  
 igitur haec coelestis copiosaque benedictio su-  
 per vos , et maneat semper in vita , in morte,  
 et in aeternitate ; ut post iustam vitam , et sanc-  
 tam mortem percipiatis immarcescibilem gloriae  
 coronam , coronam , scilicet , iustitiae , quam  
 repromisit Deus diligentibus se.

Postremo. *Ne quid nimis* ut finem dicen-  
 di faciam , demus gloriam Deo. Nos scimus  
 quia peccatores sumus ; nam in iniquitatibus  
 concepti sumus , et in delictis pepererunt nos

matres nostrae: Deus autem sanctus est in omnibus operibus suis, et iniquitas in illo non est ulla. Magnus est, et laudabilis nimis, quoniam ipse est qui facit mirabilia magna solus a saeculo. Magnificate propterea Dominum mecum et exaltemus nomen eius in id ipsum, ut benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Sit ipsi soli honor et gloria, nunc et per omne saeculum, quia ipse fecit nos, et non ipsi nos: quia in ipso vivimus, movemur, et sumus, et quia quae inveniuntur in nobis, cum iis quae adhuc non habemus, nisi in spe tantum, prorsus ipsius sunt, ac semper erunt. Laudemus itaque Dominum, quia cum ipsa met sapientia sit, sapientiae dux, ac sapientum commendator, non habet amaritudinem conversatio illius, nec taedium convictus illius, sed laetitiam, et gaudium: estque in amicitia illius delectatio bona; (1) et cum simplicibus sermoncinatio eius. (2) Laudemus inquam, quia etsi bonitas, et sanctitas ipsam sit, peccatores tamen recipit et manducat cum illis, ut de plenitudine eius recipient universi, qui docibiles Dei sunt, bonitatem, et disciplinam, et scientiam, ut sciat unusquisque vas suum posidere

---

(1) *Sapient.* 8. v. 16. & 18 (2) *Proverb.* 3. 3<sup>rd</sup>

in sanctificatione , et honore. Laudemus igitur quia quatenus honorum nostrorum non eget; ad nos, et ad munera nostra non dignatur respicere , facitque ut accepta sint illi coram altari suo : atque illa ; quae pro eius amore , vel uni ex minimis ipsius damus , tamquam si ei ipsi data fuissent, se ipsum , regnumque suum nobis donando plus quam centupliciter remunerat. Ei vero , qui potens est vos confirmare iuxta Evangelium , et praedicationem Jesu- Christi , secundum revelationem mysterii temporibus aeternis taciti , (1) demus laudem, magnificentiam , et benedictionem , ut ipse misereatur nostri , et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos , et misereatur nostri. (2)

Rogo demum vos , Magistri, Domini ac Patres mei , ( qui gaudium meum , et corona mea vos estis in Domino ) ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis: et ut observetis eos qui dissensiones , et offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis , faciunt , et declinate ab illis. Huiuscemodi homines enim Christo Domino nostro non serviunt , sed suo ventri , et per dulces sermones , et benedictio-

(1) Rom. 16. 25.

(2) Psalm. 66. 2.

nes seducunt corda innocentium. Vesta enim  
obedientia in omnem locum divulgata est.  
Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes  
essa in bono, et simplices in malo. Deus au-  
tem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris  
velociter. (1) Oravi iam, et iterum orabo Deum  
nostrum, ut nihil mali faciatis, non ut no-  
probatи apparamus, sed ut vos, quod bonum  
est, faciatis. (2) De caetero, fratres, gaudet  
perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pa-  
cem habete, et Deus pacis, et dilectionis erit  
vobiscum. Gratia Domini nostri Jesu-Christi  
et charitas Dei, et communicatio Sancti  
Spiritus sit cum omnibus vobis

Amen. (3)

**O. S. C. S. R. E.**

*Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.*

(1) Rom. 16 vers. 17. (2) II. Cor. 13.

(3) Ibid. vers. 11. & 13.

**PANEGYRICUS ELABORATUS**  
 ac dictus á SEBASTIÁNO PEREZ CASADOTRO,  
 coram Regiae Ovetensis Academiae Pa-  
 tribus x. Kalend. Maii. ann. à Xpto.  
 nato M. DCC. XCV. cum collati fuerunt R.  
 Patri Magistro F. Didaco Camaño Ri-  
 vadenevra , alias Cadiz , Capuccinae  
 Familiae alumno , Gradus Licentiae  
 & Magisterii in Sacra Theologiâ  
 pro hac Universitate.

Amplissimi Patres , Nobilissime Senatus ,  
 non possum non meum in conspectu vestro  
 timorem ingenué confiteri , cum nihil huc per-  
 fecte ingenio elaboratum afferam , quale vos  
 deceret , sed frivolam valde rem inconsulto ac  
 breviter compactam . Nova enim Sapientissimi ,  
 Ornatissimi , Reverendissimique Patris Magistri  
 Fratris Didaci de Cadiz , strictissimae Capucci-  
 nae observantiae Alumni in vestrum coetum  
 ascriptio maximi momenti mihi visa est , ut si-  
 ne encomio perageretur . Verum adeo praeter  
 communem omnium spem accidit , ut nemo  
 illud

illud agrederetur. Ideo ego , quamvis rudis, et  
ignarus , tanti viri cooptationem absque solito  
Panegyrico fieri huius celeberrimi Archygimna-  
sio splendore indiguum animadvertisens , spon-  
te incognitaque vi quadam abreptus , quicun-  
que repente subiret , cum dicere ausus fui. Sed  
¶ cur ausus? Quia quam lenes sitis et mites  
optime novi , Sapientissimi Patres , vestram iam  
pridem expertus mansuetudinem , quae mihi se-  
errata condonaturam pollicetur. ¶ Cur ausus?  
Quippe tametsi alia scio excellentiora , nullum  
tamen suspicor magnum hoc molitum fuisse.  
¶ Cur ausus? Obiecti namque praestantia humi-  
litatem meam elevabit , meamque foecunda-  
vit sterilitatem. ¶ Quis id dubitet , Venerassis-  
me Pater ? Tua fretus sanctitate laudare aggres-  
sus sum , procul dubio , cum me tibi commen-  
dem , á Deo bonum mihi exitum impetratu-  
rum : Fides bona , spem bonam in me funda-  
charitasque , non mea , sed tua , non mea in-  
dignissimi peccatoris , sed tua ardentissimi Ama-  
toris , illam complevit , et animum meum erexit  
ad te laudandum , quod alioquin non auderat  
¶ Unde nam autem , Ornatissime Candidate  
potiusve Emerite in Omnium Scientiarum Cur-

riculo, unde nam inquam, praefacionem tuum exordiar? Ecquemnam primum in tua texenda Panegyri filum arripiam?

Sed iam mihi haesitanti immensa secessus offert planities, perfecta facilis, atamen per cursu difficultis, in numero scilicet virtutum multitudo, quae te mirabiliter exornant. ; Tullium hic desiderem, qui longâ te oratione celebret? Verum et ipse in cassum laboraret; non illo res ex sententia succederet, si se tanto oneri vel supparem iudicaret. ; Quid ergo mihi! ; Adeò inculto ac imperito! Reverendissime Pater Magister, sine me compendiariam ingredi viam, ni velis me irrito conatu discedere. Quatuor sunt virtutes à cardine nomen trahentes, ut pote quibus totus vitae huiusc ordo vertitur seaturiginum instar, unde reliquae manant, et quo reducuntur. Has in te perfectas commorari pro viribus meis ostendam, partesque meas arbitrabor me expleuisse.

Prudentia: ; Qualis in te est! Si prudentia intellectum rectificat, ; quisnam tuo rectificator? Omnes gratiae gratis datae in cum pluis-  
sc videntur. Prudentia cogitat de mediis ad finem dirigendis. ; Ecquis te in mediis eligen-

dis solertior, in eis cum sine comparandis consultatior, promptiorque ac accuratior in illas ad finem ordinandis? Ad illum finem, solum et proprium finem, ultra quem nihil quaeris Deum infinitum, immutabilem, aeternum atque in primis comprehendendum, si comprehensibilis esset? Deum unicum et trinum, cuius sacratissima mysteria velut pro cathedra expendis? Deum illum omnipotentem, cunctorum alpha et omega, cuius secunda persona de sinu Patris descendens in Beatissimae Deiparae visceribus nostram inducere carnem dignata fuit, nostram propter salutem Salvator unctus est, quod Jesus-Christus sonat? Jesus-Christus ille, Filius Dei vivi, Primogenitus omnis creaturae, Deus verus de Deo vero, pro nobis homo factus est, solus finis, quem in omnibus intendis, quem suspiras, quem anhelas, cupiens nimirum dissolvi et esse cum eo. Jesus-Christus ille (erga quem adeo tenuerum exerces animum, ut, cum eius effigiem crucifixi in tuis ad populum concionibus ostendis, illum tecum identificare videaris, tuâ efficacia impoenitentia corda movens ad devotionem, ac in poenitentia firmans, a duris-

simo lacrymas exprimens doloris ) propé se te  
 constituet in Patria cum de corpore mortis  
 huius fueris liberatus. Istius veritatis testem te  
 supplex invoco , Jesu-Christe. : Nonne rebus  
 omnibus vale dixit , tibi soli placere studens ?  
 Anne in praedicationis munere similis ei inve-  
 niatur , qui tuae doctrinae speciosa seminans  
 grana , pullulantia quotidie conversionum ger-  
 mina tibi offert ? : Nonne tanto tui amore fla-  
 grat , ut de te loquens extra se feratur , sui  
 oblitus , tuique solius memor ? Nonne te res-  
 piciens tali impetu dicendi rapitur , tali affi-  
 citur misericordia , ut tuam in se passionem  
 renovet , in tuo latere videatur abscondi , tua-  
 que sacratissima vulnera cordi eius infligi ? Non-  
 ne vere prudens in conspectu tuo , á te cons-  
 titutus super populum tuum , ut edoceat eum ?  
 Nonne tibi gratus est iustitiaeque coronam ei  
 destinasti die suprema redendam ? Sed metam  
 praetereo , plurima sciscitor , Sanctissime Re-  
 demptor , plurima á te sciscitor abiectus ver-  
 mis , indignus cui vel annuas. Una me alit fi-  
 ducia , te non negaturum ( modo responderi  
 digneris ) quidquid de servo tuo isto interro-  
 gareim.

Transcendamus ad iustitiam: & Ecqua est in te Reverendissime Pater? Iustitia versatur circa suum alteri reddendum. & Quomodo autem sum reddet, qui nihil habet? Verum non nostrum suum sonat, sed alienum, suum alteri reddere est eius iura inviolata servare: & Et tu violas? Nunquam sane: & Et tu servas? Semper quidem. Tu nihil habens, omnia possides, Spiritu Dei dives, quem qui habet, nihil desiderat. Quamobrem, licet suum (quod est obiectum iustitiae) nostrum significaret, etiam ex hinc iustus esses, et plus quam iustus. Nam omnibus tribuis spiritum Dei, qui est tuus, quatenus tibi datus. Iste nemini debetur, tu tamen omnibus tribuis. & Quisnam ergo iustior, quam qui suum ipsius (quod habet) et eorum cunctis largitur? Spiritum Dadas in tua coelesti doctrina, viam nobis expeditissimam aperiens ad sanctificationem, vere Doctor noster, sicut alter Gentium. Doctor non est, qui Sanctus non est (tuis utor verbis in hesterna concione ex Augustino prolatis) nec Sanctus esse potest, qui iustus non sit. Ergo cum tu Doctor sis, Sanctus quoque sis, ac proinde Iustus necessarium est.

Quid

¶ Quid dicam de tua fortitudine? Fortis es quia nihil audes nisi in Deo, neminem times nisi Deum, si incensissimus tuus amor locum timori aliquem reliquit. Tu iustus, te Deus iustificavit; quos Deus iustificavit, pro illis est. Pro te igitur Deus est. Si Deus pro te, ¶ quis contra te? ¶ Quid ergo dicam ad haec? ¶ Quis te separabit a charitate Christi quem adeo tenes? Tribulatio? An famae? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? In omnibus superabis propter eum, qui dilexit te; quia nec mors, neque vita, nec Angeli, nec Principatus, nec virtutes, neque instantia, necque futura, neque alia creatura poterit te separare a charitate Dei, quae est in Christo Jesu Domino nostro. ¶ Quae maior fortitudo, quam haec, quae neminem timet propter Deum et nihil audet nisi in Dco? Maximo sane est, quae te pollere, et ex praemisis constat, et nullus inficias ibit.

Reliqua est temperantia: ¶ Quod vero munus est eius? Voluptates cohibere? ¶ Quam ergo temperatus tu eris in quem iam dudum devictae pasiones non audent amplius insurge-re? ¶ Quam temperatus tu! Tanta erit in te tem-

perantia , ut ferme temperatus non sis ( hinc  
 mihi antilogia permitatur ) neque enim tem-  
 perantiae obiectum, quod exerceas, tibi occur-  
 rere posse videtur , qui carnem perdomuisti factui  
 membra tua iustitiae membra exhibens , legime ra-  
 que Spiritus eam obedire cogens . : Quorsunque I  
 vero tam longa narratio , firmius argumentum ~ ate  
 aspectu tuo nobis supeditante ? Pro tuâ laudare dix-  
 temperantia vultum tuum asperimum obiter a-  
 pexisse sufficiat , pulcherrima oris tui lineamentum  
 ta demutata , et macie consumpta , totumq[ue] annul-  
 corpus flagellis ac cilicio macerarum ut seni va ,  
 confectus appareas , vix aetatem virilem pra-  
 tergessus . Verum hic taceo , Venerissime Pa-  
 ter , quem semper meum Patrem recognoscam  
 Hic taceo , ne tuas piissimas ac modestissimas  
 aures offenderim . : Quantus ego , et quantu-  
 tu , ut te praedicare ausim ! Longum esse  
 tuas omnes virtutes enarrare , vastani atque  
 inerrabilem eruditionem , mirificum dicendi  
 genus , omnia demum ornamenta , quae ex-  
 tollunt singulatim percurrere . Praecipuis qua-  
 tuor virtutibus , caeterisque proinde ex ei nas-  
 centibus , conspicuum te esse , pro ingenii et  
 temporis augustia demonstravi . Quod animi  
 mci

me diligentis ut-  
accipias, quaeſo,  
ini, omniumque de-  
aliter concedens. Sinc  
me tandem nomen tuum mutari tantisper, te  
que Didacum secundum Paulum appellare. Sic  
intentus supersedebo; si etenim Apostolum  
te dixi, praedicavi satís.

O Deus Optime Maxime qui Smarag-  
dum hunc pretiosum Universitatis Ovetensis  
annulo induere dignatus es, cum nobis conser-  
va, quaesumus, ad laudem et gloriam  
nominis tui, utilitatem quoque nostram,  
totiusque Ecclesiae tuae Sanctae, at-  
que Academiae huius splendorem.

*AMEN.*



• 13 •  
• 14 •  
• 15 •  
• 16 •  
• 17 •  
• 18 •  
• 19 •  
• 20 •  
• 21 •  
• 22 •  
• 23 •  
• 24 •  
• 25 •  
• 26 •  
• 27 •  
• 28 •  
• 29 •  
• 30 •  
• 31 •  
• 32 •  
• 33 •  
• 34 •  
• 35 •  
• 36 •  
• 37 •  
• 38 •  
• 39 •  
• 40 •  
• 41 •  
• 42 •  
• 43 •  
• 44 •  
• 45 •  
• 46 •  
• 47 •  
• 48 •  
• 49 •  
• 50 •  
• 51 •  
• 52 •  
• 53 •  
• 54 •  
• 55 •  
• 56 •  
• 57 •  
• 58 •  
• 59 •  
• 60 •  
• 61 •  
• 62 •  
• 63 •  
• 64 •  
• 65 •  
• 66 •  
• 67 •  
• 68 •  
• 69 •  
• 70 •  
• 71 •  
• 72 •  
• 73 •  
• 74 •  
• 75 •  
• 76 •  
• 77 •  
• 78 •  
• 79 •  
• 80 •  
• 81 •  
• 82 •  
• 83 •  
• 84 •  
• 85 •  
• 86 •  
• 87 •  
• 88 •  
• 89 •  
• 90 •  
• 91 •  
• 92 •  
• 93 •  
• 94 •  
• 95 •  
• 96 •  
• 97 •  
• 98 •  
• 99 •  
• 100 •